

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 134.

134.

Cod. CCLVII. n. 1.

"dian facit." Dicta authorem esse Guilielmum  
de lancea ostensum est in lod. LXX. n. 1.

3. Fol. 154<sup>a</sup> - 184<sup>a</sup>.

S. Thoma Aquin.  
Liber de perfect.  
vite spiritualis.

S. Thoma Aquinatis Liber de perfectione vite  
spiritualis. Rubrica est: "Incipit liber de per-  
fectione spiritualis vite editus a fratre  
Thoma de aquino ordinis predicatonum ca-  
pitulum primum que sit auctoritas: au-  
thoris: intentio." Initium est: "Quoniam  
quidam perfectionis ignari." In fine capli,  
scit libellus de perfectione vite spiritualis  
In nomine dom. amen. Anno domini M. ccc.  
Nonagesimo VIII. Genuinum esse probat Que-  
rig. T. I. p. 335.

4. Fol. 184<sup>a</sup> - 205<sup>a</sup>.

Henr. de Haspa  
tract. de contracti-  
tibus.

Henrici de Haspa tractatus de contracti-  
tibus. Incipit: "In sudore vultus tui etc. Tanta  
erat illius prime transgressionis culpa". Hen-  
ricum esse hujus tractatus authorem manus  
coava codici nostro inseruit, et testatur  
Sem. Bek. Anecd. T. I. in disert. Frag. p. 79.

Cod. CCLVII.

Chartar. Fol. Ser: 15.

1. Fol 1<sup>a</sup> - 8<sup>a</sup>.

S. Augustini li-  
ber de cura pro  
mortuis.

Augustini liber de cura pro mortuis. Pra-  
mittantur quadam ex ejusdem libris retrac-  
tationum, opusculum de cura pro mortuis conce-  
mentia; tum opus nostrum sequitur, quod inci-  
pit: "Dum sanctitatis tue venerande coepitio,  
ne pauline". Citat inter opus ejus edit. Maurian  
T. VI. col. 5<sup>a</sup> 15.

B  
35.

Cod. CCLVII. n. 2-4.

135.

2. Fol. 8<sup>v</sup> - 10<sup>v</sup>Eiusdem liber  
de agone etia-  
no. no.

Eiusdem liber de agone etiano. Rubrica est: "Incipit liber beati Augustini de agone christiano. Praecedens brevis quasi prologus, qui incipit: "Fratribus in eloquio latino inenuditis, est caput tertium ex libro 2. retractationum de summo. Opus nostrum incipit: "Coronavit, tunc non promittitur nisi certantibus. Citatur in opera eius praef. edit: T. VII. col. 245."

3. Fol. 16<sup>v</sup> - 23<sup>v</sup>Franc. de Petra  
super Salve Regi-  
na excerptum.

Excerptum ex opere Francisci de Petra super Salve regina. Rubrica est: "Magister Franciscus super Salve regina super Clausula pia inter alia de pietate." Incipit: "Quaeritur utrum ex pietate debemus adorare effigiem!" In fine: "Expliciant quedam excerpta ex scripto Magistri Francisci doctoris sacre theologie ordinis predicatorum super Salve regina de pietate ymaginibus et picturis."

Franciscus de Petra Ord. Predicat. flo-ruit in Academia Viennensi, et inter alia opera tribus voluminibus sat prolixum edidit commentarium in Salve regina. Obiit circa annum 1425. Vide Quetif. T. I. p. 775.

4. Fol. 23<sup>v</sup> - 27<sup>v</sup>August. Specu-  
lum mortis seu  
peccatoris.

Augustini Speculum mortis, seu peccatoris. Incipit: "Quoniam karissimi in via. Supposititium esse iam diximus in Codd. CCV. et CCXXX. n. 4. CXL. n. 8."

136.

Cod. CCLVII. n. 5-8.

5. Fol. 27-35.

S. Anselmi lib. de conceptu virginali. Incipit Prologus: "Cum in omnibus religiose tue voluntati; opus ipsum: "Ad videndum igitur qualiter". Citat inter opera eius edit: Gerber: p: 97.

Eiusdem epist. ad Hugonem. Calci huius operis in codice nostro adjecta est ejusdem Anselmi epistola ad Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem de mutandis titulis duorum operisculorum, qua incipit: "Domino ac patri archiepiscopo: Pondus vestre auctoritatis." In edit: p: 347.

6. Fol. 35-46.

Eiusdem tract. de concordia prescientie et predestinationis et liberi arbitri, ita rubrica. Initium prefatiuncula est: "De tribus illis questionibus; operis autem: "Videntur quidem prescientia Dei. In edit: p: 123.

7. Fol. 46-48.

S. August. tract. de contemptu mundi. S. Augustini tractatus de contemptu mundi didi Clericos. Incipit: "Audite fratres, misericordiam salutiferam." Supposititium esse diximus in Codd: CCV. n: 7. et: CCXXX. n: 4.

8. Fol. 48-53.

S. Cypriani de duodecim abusibus et nonum gradibus. S. Cypriani tractatus de duodecim abusibus et nonum gradibus. Rubrica est: "Incipit Tractatus Cypriani de XII abusibus; initium vero: "Primus abusio gradus est sine bonis operibus sapiens". Citat inter Opp. S. Cypriani edit: Prud. Narani recusa Venet: 1758. col: 1089. In nonnullis Codd. mms: adscribitur S.

Cod. CCLVII. n. 9. 10.

137.

Augustino, unde etiam inter eius opera edit.  
Maur. T. VI in App. col. 277 reperitur. Utrique  
suppositum esse, tam editores, quam coeteri  
eruditi facile conveniunt; de genuino ta-  
men authore nec hi, nec illi certi quid, quod  
statuant habent.

I. Fol. 53-61.

Franc. de Petra  
de laude Mariae  
crucis, et de  
clamore.  
Rubrica est: "Sequitur questio excerpta de  
scripto Magistri Francisci super Salve regina  
de laude beate Marie et crucis. Hic benedic-  
te." Incipit: "Avenit cur beatissima Ma-  
ria." Finita hac quaestione sequitur altera  
rubrica: "De clamore ex scripto dicti M. Fran-  
cisci super Salve regina super voce bla-  
mamus," et incipit: "Clamamus. Hic viden-  
dum est." Sunt itaque haec excerpta,  
sicut illa, de quibus supra n. 3 ex Jur. Fran-  
cisci de Petra opere super Salve regina.

II. Fol. 61-183.

Portilla super  
epistolas dominica-  
les, feriales, et de  
defunctis.  
Portilla super epistolas dominicales, et feri-  
ales. Incipit: "Scientes quia hora est jam.  
ad rom. X. Hic beatus Paulus ostendit."  
Folio vero 176. extat rubrica: "Incipiunt ex-  
positiones epistolarum pro defunctis. Fo-  
lio 179 verso legitur haec: "Explicit super epi-  
stolas dominicales per circuitum anni, et  
etiam feriales per adventum domini ac  
ab epiphania usque ad quadagesimam /  
per eandem quoque totam usque festam  
pascale / deinde etiam plures epistole fe-  
riales usque ad dominicas post pentecost.  
continentur. His mox subiungitur rubrica:  
"Sequentur lectiones in agendis, seu vigiliis mor-  
tuorum cum expositionibus suis."

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 138.

138.

Cod. CCLVII. n. 11. 12.

11. Fol. 184-199.

Origenis tractatus de singularitate clericorum, seu ut rubrica codicis nostri habet: "De cohabitacione clericorum et mulierum". Incipit: "Miseram quidem vobis ante tempus epistolam filii narsisi mi." In fine rubrica dicit: "Explicit liber Origenis salu dicunt quod Augustini et hoc credo verum de cohabitacione clericorum et mulierum". Verum nec Origenis esse, nec Augustini, nec Cypriani, quem auctoritatem nominant nonnulli codices mss. ostendit Prud. Maranus in edit. opp. S. Cypriani recusa Venet. 1758. in vita Cypriani num. XXXV. Col. CC XX. Authorem tamen episcopum fuisse, ac tertio, vel iuente quarto saeculo vixisse idemmet ibidem statuit.

12. Fol. 199-210.

Richardus S. Victoris tractatus tres de statu interioris hominis. Prologus incipit: "Sero quidem nisi quod peccanti promisi." Caput autem primum: "Omne caput laicum." In fine Explicit Richardus de statu interioris hominis. Citat inter opp. eius edit. Colon. 1821. 4. part. I. p. 35. Richardus de S. Victore, natione septus, Canon. Regal. S. Victoris Parisius, S. Bernardi, et Hugonis de S. Victore familiaris obiit anno 1173. Fabric. bibl. med. et inf. lat. T. VI. p. 86.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 139.

Cod. CCLVII. n. 15-16.

139.

13. Fol. 216<sup>a</sup> - 244<sup>a</sup>Eadem tract.  
de contemplat.  
minor.

Rubrica est: "Sequitur tractatus ejus<sup>dem</sup> Richardi de contemplatione minori". Incipit: "Benjamin adolescentulus in mentis excessu". In prefata editione habetur Par. i. p. 178. ubi inscribitur de preparatione animi ad contemplationem, seu etiam Benjamin minor

14. Fol. 244<sup>a</sup> - 256<sup>b</sup>S. Thoma de Aquino  
lib. de perfecti-  
one.

Rubrica: "Incipit prologus in librum de perfectione Thome de Aquino". Initium est: "Quoniam quidam perfectionis ignari". Eundem, ego librum pra oculis habemus, quem jam receperimus in Cod. precedenti n. 3.

15. Fol. 256<sup>a</sup> - 277<sup>a</sup>Tractatus de  
cordis preparatione  
et custodia.

Tractatus de cordis preparatione et eius preparatione ac custodia prohemium. Ita rubrica: Proemium incipit: "Loquimini ad cor Jerusalem". Authoris vestigium adhuc nullum deprehendi.

16. Fol. 277<sup>a</sup> - 287<sup>a</sup>S. Bernardi tract.  
de moribus  
adolescentum.

Rubrica insignitur: "Incipit tractatus Bernardi abbatis de moribus adolescentum". Initium est: "Hortatur quidem timor, sed mentis mee impericium". Citat inter Opp. S. Bernardi edit. Mabill. Vol. VII. col. 386. sed multo auctior, ibique inscribitur de ordine vite et morum institutione. Dicit quoque

140.

Cod. CCLVII. n. 16.

doctus editor eum in alijs codicibus tulisset, stulos de doctrina puerorum, vel: de verecundia adolescentum. Denique hanc tractatus præmittit censuram: Hic tractatus, quomodo Bernardi non sit, est tamen eijusdam Bernardini, ut ex cap. 5. n. 16. apparet, ex Patris, maxime Ambrosii sententijs contextus.

281<sup>a</sup> - 303<sup>a</sup>

Sequuntur jam a Fol. 287. plures tractatus, seu sermones eidem Bernardo adscripti, quos sub eodem numero comprehendere liceat, et quidem

Ejusdem sermo  
contra ecclesiasticos,  
, articos:

A. Sermo contra ecclesiasticos pastores, qui incipit: "Grave est, quod injungitur." In præf. edit. hac censura notatur: "Non est Bernardi, cui superbum, et insolens videretur quicquid, universosque Prelatos fratres appellare, multo minus diabolos, ut hic fit n. 3. Cajus cum sit, ex Bernardi centonibus totus constat, comendata ejusque jussu habitus, ex num. 7." Hac Mabillonius.

Nicol. Clarenvall.  
Sermo de D. V. M.

B. Nicolai Clarenvallensis Sermo de S. V. M. Rubrica quidem est: "Incipit Sermo beati Bernardi in adventu domini de virgine gloriosa, verum Nicolai esse testatur Mabillonius in edit. Opp. S. Bern. Vol. II. col. 578. ubi idem Sermo de Nativitate Domini inscribitur, sermonis initium est: "Cultate fratres in domino, quia de domina illa sermo succedit." In præf. data editione legitur pro domina - dominica.

Nicolaus Clarenvallensis, ex monacho n. i. pro abbas, S. Bernardo ab epistolis, dein falsarius deprehensus, atque profugus in Italiam obiit post annum 1175. Plum habet Fabricius Bibl. m. et i. lat. T. V. pag. 107.

S. Bernardi tractatus  
super symbolo,  
Apostolorum.

C. Rubrica: "Tractatus Bernardi super Symbolo, apostolorum. Incipit: Apostolicæ doctrinæ sententiam tanquam fidei confessio, nem notis comendans." Inter opera ejus non reperitur.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 141.

Cod. CCLVII. n. 57.

211.

Ejurdem tractat.  
In orat. dominicoD. Rubrica: "Sequitur tractatus beati Bernardi  
super orationem dominicam. Incipit: "Multo,  
tam legimus orationes! Ignoratur a Mabillonio.Ejurdem tract.  
In Symbolum Ath.  
narü.E. Rubrica: "Seq. tract. b. Bern. de fide super  
Symbolum S. Athanasii. Incipit: "Ante omnia  
autem spem et caritatem. Hunc quoque igno-  
rat Mabillonius.Ejurdem de triu.  
gener. cogitatu.  
onum.F. Rubrica: "Sequitur Bern. de tribus generi-  
bus cogitationum. Incipit: "Amonet nos bea-  
tus Benedictus."Ejurdem sermo  
de misericord.  
domini.G. Sermo b. Bern. de misericordias domini.  
Fic rubrica. Incipit: "Misericordias domini in  
eternum cantabo. Euid enim. In edit. Vol. I.  
col: 946.Ejurdem de 7  
fragmentis mi-  
sericordiar.H. Rubrica: "Super fragmenta septem para-  
recoligens. Incipit: "Scitis quid fecerim vobis,  
septem hodie misericordias. In edit. Vol. I.  
col: 947.Ejurdem de 6  
hydrisI. Rubrica: "Sequitur beatus Abbas de sex  
hydris sermo. Incipit: "Crant ibi posite sex ec-  
intelligamus has. In edit. Vol. I. col: 993.Ejurdem de domo  
inter. seu con-  
scientia edificandaK. Rubrica: "De templo quomodo debeat edifica-  
ri Beatus Bernardus. Lepida sane inscriptio!  
opus enim, quod incipit: "Domus hec in qua  
habitamus, idem est, de quo jam diximus in  
Cod. CCV. n. 1. agitque de domo interiori homi-  
nis, seu de conscientia.Ejurdem formula  
honestæ vitæ.L. Rubrica: "Sequitur tract. b. Bernardi de  
Formula honeste vite. Incipit: "Petisa me  
frater. De hoc dictum est in Cod. CCXXVI. n. 10

† 7. Fol: 903 - 904.

S. Bonavent. de  
7 gradibus con-  
templation:M. Bonaventura tractatus brevis de septem  
gradibus contemplationis. Incipit: "Contem-  
plationum aquilonis / aquilinos / obtutus.  
Rubrica quidem dicit: "Bernardus de 7 grad.  
contemplat. Sed Benedictus a Cavale. in. 100.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 142.

142.

Cod. CCLVII. n. 18-20.

ad Opp. S. Bonav. l. 8. p. I. 9X. p. 757. breve hoc  
scriptum Doctori Seraphico vindicat.

18. Fol. 304<sup>a</sup> - 312<sup>b</sup>

Hugonis Tract. de laude cha-  
ritatis. Rubrica est: "Incipit liber hugonis de laude  
caritatis et dilectione dei et proximi". In-  
itium: "Geminam nobis Scriptura Sacra habitatem  
comendat". Quis sit iste Hugo nescio; certenon  
a S. Victore: ab istius enim tractatu de laude  
charitatis, qui extat T. II. p. 150, hic noster est  
totus diversus, uti etiam a Petri Blesensis  
tractatu de dilectione Dei et proximi.

19. Fol. 312<sup>b</sup> - 317<sup>a</sup>

S. Bernardi Me-  
ditationes. Rubrica: "Incipit liber Meditationum bea-  
ti Bernardi Clarevallensis Abbatis". In-  
itium: "Ierum raxarenum a judaïs innocens,  
inter condemnatum". Extat inter Opp. ejus-  
Vol. II. Col. 662. et dicitur Sermo de vita et  
passione domini. Sed Bernardi non esse affir-  
mat Mabillonius; ab aliis sub titulo: Uli-  
mus amoris S. Anselmo tribuitur, cuius op-  
eribus invenit Gerberon p. 217. licet eidem  
tuto adjudicare non audeat.

20. Fol. 317<sup>a</sup> - 320<sup>b</sup>

Henr. de Hasfia  
de pass. Domini  
per 7 hor. Canon. Rubrica: "sequitur contemplatio beati Bern-  
hardi de passione domini nostri J. Ch."  
Prologus incipit: "Septies in die laudem dixi  
tibi. Rogasti me ut aliquem modum". Pro-  
ditur Contemplatio per septem horas cano-  
nicas. Mabillon: in edit. Opp. S. Bern: nulla  
ejus facit mentionem. Authorem esse Henr-  
ricam de Hasfia testatur Bernar. Hist. Ref.  
Anecd. T. I in dissen. imag. p. 78.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 143.

Cod. CCLVIII.

143.

21. Fol. 322<sup>a</sup> -Sermo in funere  
Michael: Past.  
Pragenfis:  
322<sup>a</sup> - 324<sup>a</sup>A. Sermo in funere Michaelis Pastoris Pra-  
genfis et Advocatoris fidei in Concilio Constanz,  
Incipit: Patres Reverendissimi  
sacri Canonum.Bulla pro Treviri-  
ensi Metropoli:  
324<sup>a</sup> - 325<sup>a</sup>B. Bulla pro Trevirensi Metropoli data anno  
1439. Incipit: Reverendissimis in Xto patribus  
vri: Post humilem recommendationem.Sermo de statu  
ecclesie in loc:  
Basileensi ha-  
bitus.  
325<sup>a</sup> - 329<sup>a</sup>C. Inscriptio sonat: Sermo ad sanctam sy-  
nodum Basileensem de statu ecclesie et do-  
mus dei presentis. Incipit: Domus mea  
domus oracionis est ut cum constet deum plu-  
res habere domos.Cod. CCLVIII.  
Chart. Fol. Lxx: 15.B  
3.6.Nicol. Diackel  
nichel Lectura  
super 4<sup>to</sup> libro  
sententiarum.Nicolai Dinkelpühel Lectura super  
quarto libro sententiarum. Incipit: In  
nomine Patris etc. cum desiderarem: Tu,  
sa vide in Cod: C. Praeentis Codicis scrip-  
tor est Balthasar Winter de Swinfurt  
oppido imperiali.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27609](https://manuscripta.at/?ID=27609)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)